manuscript

Seite 228r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

id est verus. Sps sanctus est veritas
id est verus. Et hii tres simul non
tres veritates sed una veritas
id est unus verus. obscuram per
uersamque explanacionem. Quod uel
verius saniusque per contrarium ita
dixisset. Pater est verus id est veri
tas. Spus sanctus est verus id est veritas.
et hii tres unus verus id est una
veritas. Quod quidem fecisset si sanctum
diuinaret sustentum trinitati qui
aut Una quippe veritas unius dei
unio una veritas unus deus. non
patitur servitutem atque culturam
creatoris creatureque coniungi. Non
correctori qui veracissime de verita
te loqueretur. qui pie katholiceque
sentiret. de vera et mera diuine
simplicitate substantie. in qua nichil esse
possit quod ipsa non sit. et ipsa deus.
Quam manifestius in non multis
aliis locis a rectitudine fidei liber
ille prefati epi visus est discrepare
quorum verbi causa unum pono.
Nam dicente auctore cum dicit
deus deus deus. pertinet ad substantiam
noster commutator intulit. non que
est sed qua est. quod absit ut assenti
at katholica esse videlicet substantiam
vel aliquam omnino rem qua deus
sit. et que non sit deus. Sed hec
nimirum iam contra ipsum loquimur
quippe qui in eodem conuentu sine
episcoporum humiliter acquiescens
tum hoc quam ceterat digna reprehe
hensione inuenta proprio ore
dampnauit. sed propter eos qui

adhuc librum illum contra apostolicam
promulgatum. utique ibi interdic
tum. transscribere et lectitare fe
runtur. contenciosius persisten
tes sequi errorem. in quo ipse non ste
tit. et erroris quam correctionis ma
gistrum habere malentes. Non
solum aut. sed et propter vos oc
casione accepta. de differentia yma
ginis et ceterae que ad ymaginem
facta est opere precium credidi
excursum hunc facere. ut siqui
forte ex aquis furtiuis que dul
ciores videntur aliquid aliquid bi
berint. sumpto antidoto euomant
illud. et purgato mentis stomacho
ad id quod secundum promissionem meam
dicendum de similitudine superest
accedentes. pleniora iam in gau
dio non de nostris hauriant. sed
de fontibus saluatoris sponsi ec
clesie qui est super omnia deus be
nedictus in secula. Sermo 82.

Quesitum ante de affi
nitate anime ad verbum
atque id quidem necessa
rie. Que enim conuentio tante ma
iestati et tante paupertati ut mo
re et amore sponsorum veluti
ex equo sese complecti referantur
sublimitas illa et illa humilitas
Nam si vere id dicimus. valde le
ta fiducia est. si falso valde pu
enda audacia. Propterea exactio de
conuenientia horum querendum
fuit. que quidem iam inventa est
multa sed non omnis. Quis enim

c

ad V. 4 F.
129

228